

Ecce eorum, qui fidem negaverunt, quæ supplicia conspicimus? Nec hic esse sine poena possunt, quamvis necdum dies venient poenæ! plebuntur interim quidam, quo ceteri corrigantur! exempla sunt omnium, tormenta paucorum! &c. Bibl. Lohm. Verbo Fides §. 5. num. 45.

112. *Ordinarie punitur infelicis morte.*

Tallem Theosalonicensium Episcopus in hæresin lapsus, aliquando in latrina inventus est capite in sterco immerso. Talem animam talis locus decet. A. 1. lect. 3. n. 9.

Julianus Apostata crudeliter persequitur Ecclesiam: orante S. Basilio ad Deum, ut tanto malo remedium daret, Julianus a Sancto Mercurio in pugna contra Perfas lancea confoditur. D. 2. 65.

In Gallia Narbonensi vir Catholicus hæreticum convertere laborabat, sed incallum; ille enim etiam jocari ausus dixit: Metuo vestros Sacerdotes nimis tyrannicos, si illis confiterer, penitentiam mihi injungerent peregrinandi Compellam, & hoc iter mihi nimis esset molestum. Reposuit Vir Catholicus, metuo ne paulo post iter adhuc molestius ingredi debeas! & vaticinium fuit; ille enim post paucos dies mortuus est. J. 157.

Heraclius Imp. dum Catholicus erat, præclarissimam de Persis victoriam reportavit, & Crucem Domini recepit, at cum in hæresin Monothelitarum incidit, omnia illi infeliciter successerunt, & ipse novo, ac inaudito morbi genere extinctus est. Bibl. Lohm. v. Fides §. 5. n. 44.

Regnerius Danicæ Rex abrogata Christi fide in regnum idololatricam invexit. Ab hostibus dein captus, carceri serpenticus infesto inclusus, venenatis moribus, horrendaque morte perit. Ibid. n. 46. Vide infra Tit. *Hæresici*.

113. *Apostata revertuntur ad veram fidem.*

Berhardinus Ochinus Patrum Capuciorum Generalis Genavam transfugit, ibique per quindecim annos in hæresi vivit. Tandem moriturus coram Sacerdote Catholico errores omnes revocat, hæresin damnat, & ideo ab hæreticis pugionibus confoditur. D. 5. 79.

Guillelmus Postellus suo tempore Viromum doctissimus in hæresin Zyvingilii & Calvinii incidit; sed in senio revocatus erroribus tanquam pius, probus, & optimi nominis Sacerdotis Parisiis moritur.

Hanc gratiam conversionis videtur promeritus fuisse sua continentia. D. 5. 91.

Cardinalis Osus Vir præstantissimus, & apud multa Concilia Legatus Pontificus, demum subscribit hæresi Ariana; sed facti penitens in morte revocavit errorem. D. 11. 8.

Natalius seductus a Discipulis Theodoti Coriarii hæresis auctor factus a Vigore Pontifice excommunicatus fuit. A Deo internis animi stimulis monitus, cum non resistere, ab Angelis noctu crudeliter flagellatus, surrexit, & inductus cinere ac cilicio, ad Zephyrini Episcopi pedes prostravit, & multis precibus usus, ægre ad communionem fidelium receptus est. Bibl. Lohm. Verbo Fides §. 5. num. 47.

Blasphemia.

114. *Injuriam gravissimam facit Deo, & Christo.*

Alapa Christi fuit ignominiosissima: 1. propter crudelitatem ministri ingrati, qui in auricula sanatus est a Christo. 2. Propter ignominiam quam etiam servi designantur. 3. Propter injuriam, si punct. 8. fol. 565. 566. 4. Propter circumstantiam loci &c. sed crudelior est blasphemia, quia faciat genas jam faucias: hinc rogat Beda: Da mihi, ut, qui olim casus es a Judæis, non exdatis & modo blasphemis fessorum Christianorum. S. lb. fol. 568.

Eheu! tam caro pretio redempti sumus, & tamen multi Christianorum rogari debent, ut eam nominis Christi reverentiam saltem habeant, quam Turcæ, qui id sanctum nomen non impune violant, &c. P. p. 2. disc. 2. n. 16.

Christus ardentem desiderat patri adnotam Redemptionem, & hic amor a feceratis per blasphemiam compenatur. Paoletti Dom. Passionis.

S. Hieronymus ait: *Omne peccatum comparatum blasphemie, levius est.* Blasphemia ergo est gravissimum. 1. Ex objecto, quia immediate est derogatio honoris Divini, & quidem talis, quæ non ex fragilitate, sed ex pura malicia oritur. 2. Ex persona blasphemantis; homo enim non tantum putredo est, sed merum Dei beneficium, præsertim Christianum in ipsa Dei regia, videlicet Ecclesia natus: populum Christianum elegit Deus, ut sit in orbe, qui illum benediceret, & ab hoc ipso populo blasphematur, quantum malum! &c.

S. Hier. in Isa. c. 53.

3. Ex

3. Ex effectis; quia detestabile hoc vitium malo exemplo docetur, & sic fit hereditas, quod instat pestis deberet damari. Dein sic pictores ventos pingunt, nimirum capita, quæ plenis buccis conatum maximo spiritum exufflant; ita buccæ blasphemantium terribiles turbines, ac calamitates excitant, &c. P. p. 1. disc. 8. n. 8. 10. 14.

115. *Punitur gravissime.*

Sennacherib, Julianus Apostata, Artorius, Nestorius, Olympius, Fridericus II, Joannes Zywickius blasphemii miserime perennet. C. Levit. c. 24. v. 14. Ex Deut. c. 5. v. 11. Et Isa. 37. v. 23.

Julianus Apostata Christianos opprobrii causa tantum Galilæos, Christum Galilæam vocabat: quærebat ergo quondam genitilix Christiano, quod facit tuus Galilæus fabri filius? reposuit iste: facit sarcophagum tuo Juliano, & vaticinium fuit, Juliano paulo post perente. D. 9. 15.

S. Ludovicus Rex Gallia blasphemio linguam erui & concremari iussit, cumque a subditi crudelitatis argueretur, reposuit; mallem propter linguam cremari, quam blasphemos tolerare, quorum culpa integrum regnum a Deo graviter potest puniri. Sanchez 6. part. c. 7. fol. 767.

In Quibuscosa Hispania provincia duo blasphemii inter rixas vulnerati remittuntur, & ecce, omnes illius provincie canes ad eum locum concurrerunt, & cadavera certatim discerperunt. P. p. 1. disc. 8. n. 11.

Imperatorum Decreta gravissimas poenas in blasphemiam resundunt: *Propter blasphemiam & famam, & terræ matris, & pestilentia fuit.* Propter hanc Deus nunquam totas regiones extirpat. Hinc ait Chrysolomus, cum quis blasphemum os diducere audiat, per assem cunctos accurrere, ad illud obturandum, tanquam portam, per quam omne genus malorum erumpit, &c. P. p. 1. disc. 8. n. 15. &c.

Blasphemus, qui vel in ingratiam Confessarii momenti pergit blasphemare, noctu a demone occupatur, lingua illi eruitur, & palato affuitur, ita ut solvi non amplius valeat. P. p. 1. disc. 8. num. 20.

Puella a genitore monita, ut cerussa se pingere desisteret, eiusmodi enim homines esse Deo invisos, abjiciat, quo velis. Paulo post mortuam nec terra, nec litus maris recepit. Vocavit genitor demonomem, ut & corpus abripiat, postquam haberet animam, & cadaver videri desit. J. 107. Blasphemus ab imbelli, infirmoque homi-

ne, quem persequeretur, faucibus transfossis manifestum Dei supplicio occiditur. J. 128.

Caupo blasphemii deditus cum in culina in sella lignea recumbens, reflexo collo se sopori daret, veru e laqueari pendens sponte divulsus ei fauces trajecit & occidit. J. 134.

Blasphemia in Lege Veteri decreta fuit lapidatio. Sennacherib blasphemum cum 185. millibus occisus. Pharaon in mari demersus. Julianus Apostata lancea Divinitus percussus. Artius dum alyum purgat expirat. Nestorio lingua a verbibus corroditur. Fridericus II. in Concilio Lugdun. damnatus & Imperio spoliatus, &c. C. Lev. 24. ad finem.

116. *Est peccatum gravissimum ac prosum portentosum.*

Postquam Pharisa Crucifixum blasphemarunt, ait S. Leo: his vocibus vestris itales atque blasphemii reddunt omnia elementa responsum: calum, terra, sol, sidera indignos vos suo ministerio protendentia. S. p. 29. l. 700.

Populi Atlantici solent blasphemio soli orienti, sed quid mirum? quia ab illo intolerabiliter uruntur: verum si quis in regionibus temperatis soli malediceret, qui ingentia nobis beneficia præstat, nome intolerabilis insania foret? Et quid dicendum de blasphemio, qui Divino soli post accepta innumera beneficia maledicit? P. p. 1. disc. 8. n. 13.

Spiritus blasphemiz non remittitur; ideo dicitur, *Est peccatum ad mortem*, *non dico, ut pro eo quis roget.* Bibl. Lohm. v. Blasphemia §. 9. n. 4.

S. Hieronymus ait: *Nihil est horribilius blasphemia, quæ ponit in calo os suum;* *omne quippe peccatum comparatum blasphemio, levius est.* lb. §. 3. n. 1.

Ipis etiam Turcis abominabilis est blasphemia; hinc Mahometes in Alcorano præcipit, ut si quis contra Deum aut B. V. blasphemias effluerit, vivus dividatur. lb. §. 11. n. 1.

Blasphemii peiores sunt canibus, & a illis bestis; canis enim non mordet Dominum, licet ab eo laedatur: sed blasphemus eodem ore, quo beneficia Dei comedit, & bibit, Deum allatrat. Mansi Disc. 4. n. 6.

Blasphemia diabolo, & damnatis propria est juxta illud: *restituaverunt homines altu magno, & blasphemaverunt nomen Dei.* Bibl. Lohm. v. Blasphemia, §. 7. n. 3. Sicut ergo signum nationum diversarum lingua est, ita lingua blasphemia signum est damnatorum, seu æternæ damnationis.

117. *Nul-*

Tonar. 11. Annal. Et. anal.

S. Chryf. Hom. 2. ad pop. Antioch.

120. 24.

S. Hier. in c. 18. l. 1.

Apoc. 16.

117. Nulla satis excusatione purgatur.

Blasphemi ordinarie dicunt: Non cum Deo, sed cum homine, me proritate mihi res est. Verum illæ voces Deum non minus, quam hominem feriunt; hinc blasphemi similes sunt Parthis, qui olim tela in hostem vibrare non noverant; nisi illa prius verus calum contorsissent. P. p. t. disc. 8. n. 5.

Alii obijciunt: sic assuevi, vellem libenter non blasphemare, sed mala consuetudo me cogit. Respondeo, si vincenda assuetudini nulla adhibes remedia, tam non excusat consuetudo, ut potius crimen augeat. Quæro si fur diceret Judicio: ego jam diu fursum assuevi, an excusaretur? nulla ratione! hæc ipsa decausa, reponeret Judex, dignus es non uno pendere paribulo. Sic fe res habet de blasphemia. P. p. t. disc. 8. num. 17.

Iterum alii opponunt, ex præcipiti ira id fieri: sed quæro, qui ex ira convitatur hominem, sæpe pugnos & verbera refert, an potamus Deum impune latum propter allegatam iram? Quæro si quis in faciem Principis spuerit, & dein fe excusaret se tussi laborare, an factum excusabit? Minime vero! sic fe res habet de blasphemia, longe aliter Divinus Judex illam accipiet, quam ipse blasphemans. P. p. t. disc. 8. n. 18.

Non id agimus, inquit, ut Deum despiciatui habeamus, sed ut justum meum incutiamus subjectis, utque hi rem serio agi soliant. Adeone Verbum Divinum corpus & sanguinem assumpsit, ut serviant ad terriuclementa famulis incutienda? Quæro si quis vestes Sacerdotales usurparet ad abigendas ex agro volucres, nonne grandis esset irreverentia? Parem in modum utique alia verba non desunt ad bilem exonerandam, & ad familiares in officio continendos, quam verba sanctissima. Revera modicus Dei timor in causa est, quod impius Christianus in blasphemias erumpat. In monte Calvarie Præserentes blasphemabant Christum: si stetit, & considerasset, quis, qualis, æ quantus esset, qui in cruce pendet, tantam impietatem non commisissent. P. p. t. disc. 8. num. 19.

Dubitaciones in fide.

218. Unde sæpe oriuntur?

MUlti ex Christianis non horrent ridere, & negare ea, quæ capere

non possunt: hæc perveritas ortum trahit a mala vita, quæ etiam fidem sensim labefacit. S. punct. fol. 574. Vide Titulum Luxuria. Tepiditas.

Abominabiles facti sunt in studiis suis. Sap. 6. Dicebant impii, post hoc erimus, tanquam non fuimus. Ubi Glossa: Vox hæc perditorum est, qui tanquam bruta animalia nec post hanc vitam requiem æternam sperant. S. punct. 9. fol. 574. Vide Titulum Mystera fidei.

Judæi in horto Christum captivarunt, ligarunt, tenuerunt, & ad falsos Judices adduxerunt, non obstante, quod viderint illum tam potentem, ut duobus verbis: Ego sum! totam cohortem prostraverit. Sic faciunt pseudo-Christiani, dum legem, quam suis cupiditatibus nimis contrariam vident, corrigere, & Deum cogere volunt, ut suo sensui se accommodet, illum trahunt ad falsum judicem, videlicet suam rationem, & ad discursus & judicia aliorum sui simillium.

Vita tepida & vitiosa ordinarie faciunt vacillationes, & dubia in fide. Quamvis fundamentum firmum est, optime sibi consistat ædificium, illo autem infirmo, etiam ædificium corruit. Milites urbem obsidentes, agunt cuniculos, & sic turres & mœnia sternunt. Sic etiam demon humilitatem, cæcæ obedientiam, captivacionem intellectus, castitatem & alias virtutes subruit, ut etiam fidem, everso fundamento evertat. Videamus homines, qui audient mysteria fidei ad dubium vocare, ordinariæ erunt scelerati, &c.

Quamdiu pomum ex arbore pendet, optime valet, & amantissime rubet, cum autem in terram decidit, germinat incipit, & fit pabulum porcorum. Sic homo Christianus, & virtuti deditus, quamdiu a Deo dependet, erit firmissimus in fide. Cum autem ad terrena & carnalia se demittit, festorem contrahit & varios contra fidem vermes: non amplius firmiter credit, quod optaret non esse verum. Examine se impurus, an non ita sit? legem castitatis sibi sentit molestam: ideo incipit credere, esse incertam! &c.

Corvus taurum & asinum hostiliter odit; cum ergo illos robustiores fe vincere non possit, aliu utitur: alis sabalo intinctis oculos eorum verberat, & sic excæcatos facile superat. Sic corvus infernalis facit, excuculat Christianos, facitque, ut ad veritates fidei cæcitant, & male credant, & sic in scelera precipitatos illos sternit, & præcipites agit. C. Prov. 30. v. 17.

119. Sunt

119. Sunt frivole, & imprudentes.

Ordinarie illi, qui scientiis Theologicis ne minimum quidem tincti sunt, eudent præ altis disputare, & principia fidei in dubium vocare. Quæro quisquis talises, si ego tibi enarrem, dari in altero mundo, qui est infra nostrum hemisphærium, homines antipodes, seu tales, qui pedibus versus non credis in terra ambulanti velut musca in superiori cubiculi tabulato, tu non potes id capere, putasque fieri debere, ut illi homines necessario deorsum in cælum cadant; cum igitur in re quoridie fieri solita, evidenti & demonstrata adeo hallucineris, judica an intellectus tuus expeditus sit ad capiendas subtilissimas fidei veritates: seu ut clarius loquar, judica, an bona sit illa argumentatio: Hoc & illud non possum capere: ergo dubium est, an sit verum?

In egrotantibus natus acuminosus est signum securitatis mortis. VV. art. disc. font. 87. ex. 4. Ita in peccatore, si nimium navutilus fiat, & acumine cerebri sui omnia perodorare velit, signum est mortis anime.

Præterea ejusmodi disputationibus scandalizantur hæretici, ita ut audaciores fiant in covillandis fidei mysteriis: Moyses deprecatur legationem sibi oblatam dicit ad Deum: *Ecce filii Israel non audiant me: & quomodo audiet Pharaos?* Pacem in modum dicendum venit: si non credunt fideles, quomodo credent infideles?

Dic, mi bone, potesne dubitare de veritate hujus propositionis: *Si sol fuerit dies 7?* Non potes dubitare: in hanc eorum veritatem ratio, experientia, ipsumque lumen naturæ, & consensus totius humani generis conspirat. Ergo multo minus dubitare potes de veritate fidei: v.g. Deus est præsens in SS. Eucharistia Sacramento; quia præstat veritates lumine naturæ notas falsificari, & totum humanum genus decipi, quam Deum mentiri. Porro si tibi Romam itineranti, ingens multitudo virorum prudentissimorum suaderet ut viam dextrorsum eligeres, unus autem unicus, sique haud admodum expertus, viam sinistrorsum tibi consuleret, cui morem gereres? nonne primis illis, non huic ultimo? En! correns Satorum, Doctissimorumque virorum a tota multorum sæculorum antiquitate Catholicam fidem suo testimonio & autoritate commendant, & corroborant, unica autem tua phantasia, & inconstantia veritatem hanc fidei tibi

D. Claus Spicil. univers. Pars II.

dubiam ac suspectam reddit: quid jam dicit prudentia? cui præstat consensum præbere, alienæ autoritati, an tuæ inconstantia, &c.

Hæresis.

120. Quælibet habet Sanctum sibi a Deo oppositum.

Montanisus Sanctus Irenæus: Marcianus Sanctus Paulus: Augustinus Sanctus Antonius: Nestorianus Sanctus Augustinus: Severianus Sanctus Benedictus: Manicheus Sanctus Eucherius: Albigenus Sanctus Dominicus: Albanensis Sanctus Burchardus: Berengarius Sanctus Stanislaus: VVicleffensis Sanctus Andreas Corfinus: Lutheranus Sanctus Ignacius fe opposuit.

Deus tarditatem Episcoporum, & Pastorum in opprimendis hæresibus, tarditate punivit. Sic Ariusianus, qui non statim totis viribus fuit extingendus, velut incendium per totum orbem fe propagavit, ita ut Ecclesia per plures sæculos annos in eo resurgendo laboraverit, nec tamen ita extinxit, ut non reliquis in Transilvania, Polonia, & Hollandia superstint. Idem contigit cum Mahometismo, Prælati domenicis, Sed Deus tandem illis opposuit S. Joannicum, S. Platonem, S. Bonifacium. Sub annum 900. contra Sectam Nicolaitarum, Deus opposuit S. Romualdum, & Camaldulenses, ac S. Brunon. Carthusianum. Anno 1084. S. Bernardum Cisterciensium Auctorem. Anno Domini 1200. exorta VValdensium hæresis, ac mundo in omnia scelerata prolapsa Deus excitavit S. Dominicum & S. Franciscum, qui per fe, suumque ordinem vitia castigarent, & virtutem restaurarent. Hussitis opposuit S. Bernardinum Senensem, ac S. Vincent. Ferrer. Denique cum hæresum monstra & tartaro anteriori fœculo ebullierunt, S. Ignacium, aliosque viros doctissimos, & Religionem præstantes. C. in Cant. c. 5. v. 5.

De S. Ignatio, Societatis JESU Fundatore, Romanum Breviar. in eius Festo sic orat: Ipse misso ad prædicandum Indis Evangelium S. Franciscus Xaverio, aliusque in alias mundi plagas ad Religionem propagandam disseminat, ethnica superstitionis, hæresisque bellum indixit, eo successu continuatum, ut constans omnium fuerit consensus, etiam Pontificio confirmato oraculo, Deum, sicut alios aliis temporibus Viros Sanctos, ita Luthero, ejusdem temporis hæreticis Ignacium, & institutum ab eo Societatem obsequisse. Ita Romanum Breviarium! Hoc audio quis

ll

non

non ingemiscat: O infelix Lustranæ regnum, quod Patres Spiritus eruditissimos, zelosissimos, spiritu Ignatiano plenos, innocentes ab omni crimine, non auditos, non examinatos, pure ex invidia, rancore, & implacabili odio unius regii Ministri in exilium eiecisti! Eheu! quæ vitia, quæ hæreses, sub lato hoc repagulo, pleno alveo in te truent! præsertim hoc saculo, ubi Atheismus, Syncretismus, Jansenismus, Lutheranismus, Calvinismus, aliaque hæresum monstra plena libertate tumultuantur, & jam pro eruditissimo habetur, quæ prima fidei principia impudentissime allatrat. O fors deploranda! Paucos ante annos Patres Societatis ab ipso Fidelissimo Rege hodie regnante immenso elogio publice laudati sunt propter insignia merita coronæ suæ tam in America, quam in Europa præstita, nunc exules sine crimine expelluntur e regno! Quid fiet? Eheu! ex vicinia ex commerciis, ex numero incrementum hæreticorum, ex invidia futurorum metendum est, ne regnum infelix a Deo, & Ecclesiæ deficiat. O Superi, impeditis grande malum! date, ut innocentes ad Dei gloriam, & Ecclesiæ incrementum revocentur, &c. &c. Interim acclamo innocentibus: Beati, qui perfectionem patiuntur propter justiciam.

121. *Oritur plerumque ex superbia, aut rancore.*

Cardinalis Hosius, Præses Conc. Tridentini prædixit Andream Dudæcium Episcopum Innisiensem a fide defesturum, idque tantum propter superbiam, & obstinaciam iudicium, C. Gen. Proem. n. 43.

Arrius cum sibi Alexandrum Presbyterum in Episcopatu præferri cerneret, primo impugnavit Alexandri mores, sed cum nihil in eo culpabile inveniret, impugnavit eius doctrinam, sicque occasione sumptis asserendi Verbum Divinum esse creaturam, &c. A. lect. 9. §. 7.

Cur Origenes Vir præstantissimus in hæresin incidit? ideo, ait Vincentius Lirinensis, quia ex superbia prudentiam suam in exponendis Scripturis aliis omnibus prætulit, &c. D. 7. 23.

Fons omnium hæresum est superbia: hæresiarum pene omnes ab Ecclesiâ defestiverunt, quia in Ecclesiâ primas cathedras Episcopatus, & Doctoratus ambiebat, ad his vero repulsi statuerunt, extra Ecclesiâ obtinere principatum. Una Mater superbia omnes genuit, ait S. Augustinus.

Tales fuerunt Theobates, Valentinus, Marcion, Montanus, Novatianus, Arrius, VViclefus, Lutherus, cujus tantus fuit fastus, ut Libro contra Regem Angliæ ajat, Reges, Principes, & Pontifices non esse dignos, qui solvant suorum calcæmentorum corrigiam! Parvi se facere mille Cyprianos, mille Augustinos! C. 2. Petri 2. v. 10. Item 1. Tim. 1. v. 20.

Puritus novitatis indicium est hæresis; hinc Tertullianus ita alloquitur hæreticos: *Qui estis vos? quando, & unde venistis? quid in meo agitis non mei, &c.* C. 2. Petri 2. v. 1.

Cum ergo tam vile fundamentum habeat, quid mirum, quod non diu duret? S. Chrysostr. ait: *Talis est conditio falsitatis, ut etiam nullo resistente consenscat.* Experti id sunt primitivæ Ecclesiæ hæretici, Arriani, Nestoriani, Pelagiani & alii, qui cum doctrinis suis disparuerunt. D. 2. 36. in fin.

Hæretici.

122. *Scient torquere Textus Scripturæ in suam rem.*

Judei libentius receperunt Joannem pro Messia, quam Christum: quia ille ex nobili genere, & ad suum genium fuit, &c. B. ser. 69. n. 26.

Meretrix Babylonica habebat poculum aureum, id est, ait Hugo Cardinalis, scientiam Scripturatum, quas pro libitu torquebat &c. S. punct. 9. f. 573.

Omnes hæretici tantum excerpere solent Textus Scripturæ in rem suam facientes, sine combinatione aliorum. Ita Arrius tantum eas Scripturas selegit, quibus Pater major dicitur Filio, omisit ceteras: Sabellius unicum in Deo Personam asserens urgebat illud unum: *Ego & Pater unum suonus.* Ebion & Cerinthus tantum illis inhærent textibus, qui Christum hominem probant, non autem Deum; et contra Manichæus illis, quibus Deus probatur, non autem homo &c. ita subdole omnes agunt. A. Lect. 2. n. 2.

Vincentius Lirinensis ait: Unde quæso oriuntur hæreses, nisi ex puritudo novitatis in exponendis Scripturis, desertur antiquitas, & novæ opinioniones eruntur. Ideo monuit S. Paulus, *Timothee custodi depositum custodi.* Imo S. Augustinus pro signo hæretici habet; *si quis temporalis commodi, aut gloria gratia novas opiniones vel gignit, vel sequitur.* Et Sanctus Bernardus ait: *Novitas Mater temeritatis.*

ait, *soror superstitiosis, filia levitatis.* D. 7. 18.

Ex S. Antonio quærebant Philosophi, qui possibile esset Christum esse Deum, cum tamen a Judæis fuisset crucifixus? S. Antonius interrogabat, unde scirent fuisse crucifixum? responderunt illi, ex Evangelio. Sed nunquid, subinferebat Antonius, ex Evangelio etiam legisit cum fuisse ita mortuus, quod profus Divinum est? O miseris vos, qui tantum oculos intenditis in id, quod vos exæcat, non æque in illud quod illuminat. Idem experiri potest hæreticis: illi solum in eos Scripturæ textus respiciunt, qui videntur esse in rem eorum: cæteros non attendunt. Sanch. 4. par. c. 3. f. 226.

123. *Graviter puniuntur, quia veritati agnita resistunt.*

Ira Dei de cælo . . . qui veritatem in injustitia detestant: id est, ait Cajetanus: Qui occultant veritatem notam in intellectu, ne scilicet exeat ad effectus, & opera conformia veritati notæ: super hos Ira Dei de cælo: ira Dei de terra est, quando Deus tantum in hac terra temporaliter punit: sed ita de cælo est durior ultio futuri iudicii, ait Chrysostr. S. punct. 103. f. 306.

Ii sunt, qui velant faciem Christi, quia veritati resistunt, ait Cardinalis Hugo. S. punct. 12. f. 584.

Volunt illud volans a Propheta visum Scripturæ: *Sacra erant, & tamen vocabatur, maledictio.* Cur? S. Greg. ait: *Quia hæc ipsa sacra eloquia ad æternam damnationem sunt eis, qui illa vel scire nolunt, vel certe sciendo contemnunt.* A. 1. lect. 1. n. 27.

In oppido subalpinæ Regionis, Monte Regali Delphicæ imago prodigiis claruit. Milus æ quoddam Helvetiorum pago est aliquis, ut videret, an vera illa essent. Ille rediens affirmavit esse verissimam, & factus est Catholicus. Contra hæc asserita se opposuit hæreticæ impietatis minister, suggestum conscendit, inquiring hæc esse commenta ad emungendas simplicium crumenas. Addidit, si mentiretur, velle se a demone abripi &c. Et ecce continuo, cunctis cementibus abreptus est. J. 153.

Nadab & Abiu igne interfecisti sunt; quia alienum ignem attulerunt. Alienus ignis fuit: falsa dogmata, quæ non e cælo venerunt. C. Lev. 10. v. 1.

124. *Infantium, dum suos heretichæ præ Druinis Reformatoribus habent?*

Totus mundus rideet infantiam Gentilium, qui homines feceratissimos pro Diis habuerunt, ut Jochem, Martem, Junonem, Venerem, &c. Vide Titul. *Idolatratia.* A. 1. lect. 4. n. 9.

Simon Magus: arde impudicus, habebat feminam nomine Helenam, quam dixit esse Matrem Angelorum & hominum, erat nuxæ fabulator, sparit ridicula commenta in vulgus, & tamen pro Deo habebatur: Romani cives posuerunt illi Statuam cum Inscriptione: *Simoni Deo Sano, &c.* Ita hodieum deliratur, &c. D. 2. 68.

Donatus Episcopus Carthaginensis nullum hominum passus est sibi comparari, sed a subditis voluit pro Deo adorari, qui etiam non per Deum, sed per Donatum jurabant, & loco Christianorum se Donatistas vocabant.

Dicunt se Reformatores Ecclesiæ, & nullum profus signum afferunt fuisse Missionis vocacionis! Moyses a Deo missus ad Pharaonem in probationem suæ missionis fecit stupenda signa. C. Ex. 3. & seq.

Quomodo æstimare possunt, quos ultio Divina horribili morte detestabilis fecit? Simon Magus volitare volens a S. Petro ex aere dejectus cervicem fregit. Manes a Rege Persarum excoriatus est. Monanus cum suis prophetis haqueo se præfocavit. Donatistæ Eucharistiam canibus prolicientes: ab illis dircepti sunt. Leo Armenus in ipsa Ecclesiâ necatus: Valens Arrianus a Gothicis victus, fugiens in casta rutilica contrematus est. Nestorius linguam blasphemam vermes exederunt. Eutichium fulmine icus interit. Carolus Magnus a demone abreptus, Calvinus veribus consumptus est, &c. C. 2. Petri 2. v. 1.

125. *Sunt obstinatissimi in suis erroribus.*

Hæreticorum Patriarchæ fuerunt Pharisæi, qui quotidie quidem viderent miracula Christi, non tamen crediderunt, ita eos nominat Tertullianus. Sicut ergo Christus Pharisæis exprobravit: *Vos ex Patre diabolo estis*, ita idem exprobrari potest hæreticis. A. 1. lect. 5. n. 4.

Petrus Abailardus a S. Bernardo monitus, omnes antiquos aliter sentisse, respondit: *Quidquid sentierint, non vero ego sic sentire volo.* Unde excaecandus.

Operans
Militat.
lib. 3.

Tertull.
lib. de
prescrip.

scens Bernard. illi exprobravit: *Quid er-
go tu? quid melius offeris? quid subtilius
invenis? quid secreti tibi revesatum jactas,
quod tot præterierit Sanctos, effugerit sap-
ientes?... qui loquitur mendacium, sua
loquitur, tibi proinde sint, que tua sunt,
ego Propheta, Et Apostolus audio, ego o-
bedio Evangelio, &c. A. I. lect. 5. n. 6.*

Obtruncatissimus erat Lutherus, ait ipse:
*Si clamaverit Papisse, Ecclesia Ecclesia;
Patres Patres, dixi, quia hominum di-
da, aut facta in tam magni causæ nihil
curamus. Et alibi. Propterea, me bonum
nihil audivimus. A. I. lect. 5. n. 6.*

S. Paulus Patroclum Neronis famu-
lum a mortuis excitavit, qui & Christum
caeli, terræque Dominum prædicavit, &
tamen Nero minime conversus fuit, sed
Patroclum alamp in faciem dedit, S. Paulum
ad mortem condemnavit. Ita, &c.
Sancti. 6. par. c. 9. f. 826.

Miraculis omnibus fidem negant, si-
milis gentilibus, qui prodigiosam maris
rubri divisionem reciprocationi naturali
tribuerunt. C. Ex. 14. v. 22.

Milites sedentes sub cruce Christi ser-
vabant eum: item alias custodierunt se-
pulcrum. Ita sunt solertiores contra fan-
ctam fidem, quam fideles pro fide. Ko-
lterus de Pass. Dom. Med. 36. fin.

Ariani vident, quod S. Albanus de-
cessum caput de terra tollat, & ad lo-
cum sepultura ferat, nec tamen conver-
tantur. N. 21. Jun.

S. Victor Martyr Regem Maurorum a
lepra mirabiliter sanavit. Sed turpissima
ingratitude ab illo suffocari justus est.
N. 26. Aug.

Sancti duo fratres Euvaldi S. Vill-
brordum in conversione animarum adju-
turi in Saxoniam venerunt, ibi in ma-
pali rustico pernoscantes, ad Præfectum
loci deduci rogarunt. Rusticus metuens,
ne & Præfectum, & locum totum ad
Christianam legem converterent, noctu
utrumque obruncavit. N. 3. Oct.

S. Livinus Archiepisc. Scotiæ idolo-
latrias prædicando, & miracula operando
convertere laborans in carcerem trahitur.
Lingua illi eruitur, & canibus devoran-
da obijcitur. Nihilominus Sanctus loqui
perseverat, eo miraculo nullo modo com-
moti gentiles illum trucidarunt. Leuch.
21. Nov.

126. Sunt impostores, & deceptores.

Mahometes ex occasione morbi cadu-
ci, quo laborabat, spargebat hos paro-

xifimos provenire ex colloquio cum An-
gelo Gabriele. Moriturus dixit, se rec-
tita die ab hoc Angelo resuscitatum iri:
ideo custodes tribus diebus cingebant e-
jus sepulcrum: cum autem Angeli non
comparuissent, abierunt illi, & ecce ca-
daver jam sepulcrum magna ex parte a
canibus devoratum est; unde mos adhuc
in Turcia, quod singulis annis canes in-
terficiantur, &c. D. 2. 89.

In urbe Peruana occidentalis Indiæ e-
rat Theologus, apparitionibus alicuius
femine dementatus, qui se jactabat mi-
racula facere, Angelis, & Deo colloqui:
Dicebat, Christum redemisse mundum quo-
ad sufficientiam, se autem redempturum
quoad efficaciam, & que ejusmodi sunt
ridicula. A facta inquisitione ad rogam
damentus, sperabat Inquisitores fulmine
perimendos, sed ipse flammis interlit.
D. 2. 99.

Quidam nomine Paphon affectabat
Divinitatem: Quid egit? in ea regione
multæ erant aves, que ad pronuntiandas
quasdam voces facile poterant erudiri.
Igitur caput ejusmodi aves, easque do-
cuit has voces: *Magnus Deus Paphon*.
Cum bene apprehenderunt, liberis ite-
rum dimisit: aves in silvis & campis re-
perterunt has voces, quibus effectum est,
ut ille impostor pro Deo haberetur. Sic
etiam faciunt Hæreticorum antesignani:
quid non fingunt, ut pro Divinis ha-
beantur? D. 3. 12.

Calvinus pauperulum pretio subornat,
ut se mortuum simularet, quem dein Cal-
vinus a mortuis suscitaturus revera mor-
tuum invenit, & ab uxore impolituræ ac-
cusatur. Similiter mendicis cæcum sesu-
mulans, dum a Cirola Ariano Episc. illu-
minari deberet, revera exoculatur. D. 5. 8.

Joannes quidam Sartor Lugduni Bata-
vorum Anabaptistarum antesignanus, &
Regem se facit, pro Divino Propheta
vult haberi, a populis adorari: in pu-
blicum regali pompa prodiens ex una
parte Biblia, ex altera gladium sibi præ-
ferri sinit: Apostolos viginti octo emittit,
qui omnes a populo obruncantur, &
ipse demum ab Episc. Monasteriensi ca-
pitis, & supplicio affectus est. D. 5. 43.

Sicut Magi in Egypto amulati funt
miracula Moysis: ita isti per imposturas
fatagunt decipere plebem. D. 10. 14.

Constantinus ad Christianam legem se
convertit, Helena maluisse eum fieri Ju-
deum, qualis ipsa erat: venit itaque Ro-
mam cum Rabino suo Zambri, ut iscum
S. Silvestro disputaret. Rabinus habebat
sibi

sibi taurum adduci dicens se velle face-
re miraculum, tauro arcanum verbum
in aurem insuffuravit, & iste mortuus est.
Plaudentibus Judæis reponit S. Silvester,
non constare, utrum nomine Dei aut
diaboli straverit taurum, ageret, nunc
mortuum excitaret, si vellet sibi fidem
haberi. Id cum efficere non posset Ju-
deus, effectus S. Silvester, omnesque præ-
sentes convertit. Hæc sunt miracula hæ-
reticorum: ex vivis possunt mortuos fa-
cere. Sancti. 4. par. c. 3. f. 223.

Antiqui Legislatores se de celo suas
leges accepisse finxerunt, ut Zeleucus,
Zoroaster, Minos, Lycurgus, Numa
Pompil. Pythagora, Machomet, & alii.
Sic fingunt hæresarchæ. C. Ex. 19. v. 9.

Hæresarchæ comparantur vulpibus: uti
sola pellis vulpis in pretio, caro autem
edulis non est; ita illi specie externa
hypocritæ sunt, interiora autem plena do-
lo & veneno. Exterius vulpes, interius
leones sunt, &c. C. 2. Pet. 2. v. 4.

Sicut Magi Pharaonis Janes & Mam-
bres fecerunt signa miracula; ita faciunt
hæresarchæ ope demonis 1. per deceptionem
& exactionem oculorum. 2. Per motum
localem. 3. Per applicationem pas-
sivorum ad activa &c. C. Ex. 7. v. 11.

127. Sunt Hypocritæ & fraudulentis
persecutores veritatis.

Christus Dominus exprobat Pharisæis,
quod Prophetarum sepulcra edificarent.
Quid ergo mali est edificare sepulcra
Sanctorum? nempe juxta expositionem
Cardinalis Tolerti, id Pharisæi tantum fa-
ciebant, ut nomen pietatis, ac sanctitatis
sibi apud populum conciliarent, & dein
crediderunt. Ita hæretici externi quam-
dam speciem auctoritatis affectant, ut
cum dein fidelis persequuntur, putentur
recte agere &c. D. 8. 98.

Jeroboam Religione tantquam pallio
usus est ad stabilendum sibi regnum;
ideo vitulos aureos statuit, ut nemo sub-
ditum ascenderet in Jerusalem ad ho-
stias suas. Numa Pompilius fingit se in
idem finxit Lycurgus de Apolline, &
Minos de Jove, & Sertorius de Diana,
idem faciunt hæretici, volunt persuade-
re doctrinas suas castius esse hantias. D.
10. 96. Et D. 11. 11.

Sacerdos quidam, Nicolaus nomine,
Roma spe concupiti honoris excidens in
D. Claus Spicil. univers. Pars II.

orientem abit, ibi cum Mahomete ami-
citiæ contrahens promittit, quod illum
Saracenorum Regem facere vellet. Id
astu egit: columbam affuefecit, ut ex
auxibus Mahometis eum caperet. Dein
populo persuasit, ut cum in Regem de-
ligerent, quem Spiritus Sanctus in forma
columbæ delapsus monstraret. Assentien-
tibus omnibus, dato fraudis signo colum-
ba emissâ, pro veteri consuetudine hu-
meris Mahometis insidens, auri rostrum
admovet. Quo viso Saraceni Mahometem
Regem pronuntiarunt. Bibl. Lohm.
v. Ambitio 9. n. 19.

128. Sunt animarum latrones.

Romanorum olim crudeles erant deli-
cia in spectandis gladiatorum lanienis:
Julius Cæsar trecentos, Gordianus sin-
gulis mensibus trecentos, interdum quin-
gentos, Trajanus decies milles in are-
nam gladiatorum produxit, qui cum feris,
aut inter se digladiari, & mutuis vulne-
ribus se conficere debebant. Tantumque
iste abusus excrevit, ut vel inter convivia
cruenta spectacula admittesent, quibus
nonnunquam convivarum vestes & mensæ
sanguine consperse sunt. Quod pessimum
erat, hanc crudelem lanienam summis in
deliciis habebant, cum risu excipiebant &c.
O si rei veritatem perpendamus, crudelito-
res longe sunt hæretici, præsertim eorum
antesignani, qui non corpora, sed animas
interficiunt, & earum æternam perniciem
cum risu excipiunt, &c. D. 9. 6.

Sunt lupi rapaces, juxta illud: *Mitto
vos sicut oves inter lupos.* Lupi bestie sunt,
que insidiantur ovilibus, habitacula do-
morum intrare non audent, sonnum ca-
num, absentiam ac desideria pastoris ex-
plorant, ovium guttur invadunt, ut cito
strangulent. Ita comparati sunt hæreti-
ci, ait S. Ambr. Vestium ovibus habent,
facta prædonis: foris oves, intus lupi sunt
&c. C. in Act. Apoll. c. 20. v. 29.

Haud dissimili sine comparantur ca-
nibus 1. quia canes revertuntur ad vo-
mitum. 2. Quia sunt impudentes, & in
publico committuntur. 3. Quia improbe
latrant, & sic hæretici vera fidei obla-
trant, & orthodoxos infestantur. 4. Quia
canes sunt, animal legaliter immundum.
5. Quia hæretici pompam feroculis pro-
cedunt in publicum, ut caninam excre-
cant secundam. 6. Quia canes mendicis
sunt infesti. 7. Quia sunt ad vindic-
tam proni, & stolidæ jactum lapidem
mordent &c. C. 2. Petri 2. v. 22.

129. *Docent ridiculas nugas, & blasphemias.*

Simon Magus & Arius docent, quod Deus creaverit Filium, Filius Spiritum Sanctum, Spiritus S. Angelos, Angeli mundum. Manichæi & Priscillianista flauerunt duo principia rerum, sed duos Deos, unum bonum conditorem corporum, &c. C. Gen. 1. v. 2.

Calvinus docet, quod Deus positive induxerit cor Pharaonis, ut non dimittat populum. Quod falsum & blasphemum est: Nam 2. Deus præcepit decies Pharaoni, ut dimittat populum: ergo non potuit eum inducere ut non dimittat. 2. Reluctantem graviter punivit: sed Deus non est auctor eorum, quorum est ultor. 3. Pharaon ipse sibi culpam, non Deo tribuit: Peccavi in Dominum &c. C. Exod. 7. v. 3.

S. Fulg. l. 1. ad Monimum. c. 3.

Servetus Calvini Discipulus docet columnam, quæ Hebræos præibat, fuisse in creatam, quasi fuisse ipsa Christi Deitas: hanc Deitatem describit quasi corpoream, eamque tribus personis SS. Trinitatis, quam negat, substituit, vocatque Filium figurativum, qui postea factus sit caro, non quod carnem induerit, sed quia tanquam homo apparuit, ex tribus elementis in creatis & semine Davidis conflatus. Quot hic hæresum monstra? C. N. 9. v. 15.

Tertul. l. de Præd. c. 43.

Bene Tertullianus ait, *Index doctrine disciplina est! Negant Deum esse timendum, itaque libera sunt illis omnia.* Lutherus de Cayostadio discipulo suo testatur, quod fuerit adeo impius, ut Deum nec in cælis nec in terris crederet. Melancthon & Calvinus Deum faciunt auctorem peccati. Bene Card. Hosius, scopum & centrum hæresis vocat Atheismum. C. 2. Petri 2. v. 16.

330. *Corruptum Scripturas ad suum sensum.*

Cum Isaac in Gerara valde disceseret, Gerarita ex invidia obstruxerunt ejus puteos, ut sic tam familiaris, quam jumentis potum subducerent, & eum migrare cogèrent. Ita hæretici fluentia Sacra Scripturæ obstruunt, &c. C. Gen. c. 26. v. 15.

Cum in Agypto atque omnes conversæ sunt in sanguinem, ex eodem puteo haurebat Hebræus aquam & Agyptius sanguinem. Ita fidelis ex Scriptura capit medicinam, & hæreticus venenum. C. Ex. 7. vers. 24.

Ideo illorum Scripturæ nullam habent auctoritatem: Deus expresse prohibuit Hebræis, ut carnem, quæ a bestis fuit prægulata, non comederent. Quid est hoc? tropologicæ, vult dicere, ut fidelis homo Scripturam aut Doctrinam, ab animali homine corruptam, non accipiat, aut imitetur. C. Ex. 22. v. 31.

Tertullianus ait: *Tantum veritati obstruit adulter sensus, quantum corruptor stylus.* Et S. August. *Nata sunt hæreses, dum Scripturæ bene intelliguntur non bene, & quod in eis non bene intelligitur, etiam temere & audacter asseritur.* Sic Epiphanius S. Pauli hodieum hæretici pro suis hæresibus allegant! Lutherus ausus est depravare illa verba Pauli, *Arbitratur justificari hominem per fidem, addendo solum.* Calvinus clamat, pro sua destinatione, & reprobatione, pro sermo arbitrio stare Paulum, & Augustinum, &c. C. 2. Petri 3. v. 16.

331. *Convincuntur veritate.*

Rana tota nocte coaxant, cum autem fax ad ripam paludis constituitur, tacent. Ita hæretici semper clamant, & disputant, tandem veritate convicti obmutescunt. Ubi sunt jam illi primitivæ Ecclesiæ turbatores? evanuerunt. C. Ex. 8. vers. 6.

Hæreticus Sacerdotem simplicem & indoctum ad prandium invitat, & ad disputandum provocat: Ille tergiversatus diu, cum identidem urgetur, post prandium, cruce se signans aulteris verbis prædicantem alloquitur: *Mando tibimilique spiritus, ut obmutescas!* Et ecce prætor obmutuit! iustus a Sacerdote loquitur, nec verbum proferre potuit, & pudore perfusus se se proripuit. I. n. 77.

Modemi hæretici ipsimet ridet veteres, v. g. Gnosticos, qui docebant frequentandam esse fornicationem, conceptum vero impediendum per abortus, sæctumque escandum. Item Carpocratianos, qui docebant, quemlibet debere ante mortem committere omnia scelera, alias toties ad vitam revocandum esse, donec id perfecterit. Hæc, inquam, ridet moderni, & tamen Lutherus & Calvinus non minus impia docuit: v. g. Deum esse auctorem peccati: Christum in cruce perpassum esse penas inferni, ideoque desperasse! Non dari liberum arbitrium, & quemlibet ex fato salvari, aut damnari: si uxor nolit, ad remissioriam vocandam esse ancillam. Omnia opera bona esse

esse peccata! quemlibet fidelem certum esse de sua fide, & salute, &c. Et tamen has nugas plerique hodie ipsi damnant. C. in Ep. Jac. c. 3. v. 17.

332. *Sibi ipsi fidei normam confingunt.*

Cum Pilatus populo dixit: *Regem vestrum cruciagant?* Clamarunt Judæi: *Non habemus Regem nisi Cæsarem!* nolimus hunc regere super nos, &c. En! nolunt Messiam a Deo donatum, quasi vero sit ipsorum, Messiam sibi suo arbitratu eligere, & non potius, quem Deus dedit suscipere. Eadem infania est eorum, qui sibi religionem excogitant pro sua voluntate, vel Dei cultum ex Divinis literis perperam intellectis aut detortis eligunt. Dei est Religionem dare, & modum se colendi præscribere, non hominis. Costerus, de Pass. Dom. Mcd. 29. §. 7.

Judæi Christo in cruce insulantur, si Dei Filius es, descende de cruce, & credemus tibi, adeoque voluerunt Christo leges præscribere, quomodo suam Divinitatem manifestare deberet. Sic faciunt Hæretici, volunt Deo leges præscribere, quos articulos ad credendum, & quæ opera facienda præscribere deberet, nolentes, nisi in hunc & hunc modum credere & obedire.

2. Pet. 2. v. 1.

Eum, qui emittit eos, negant; hæretici enim negant Christi Divinitatem, vel humanitatem, vel animam, vel voluntatem, vel redemptionem, vel gratiam: aut Christo indigna, & blasphema adscribunt, uti ignorantiam, desperationem, damnationem, uti fecit Calvinus: qui hæc asserit, negat Christum Redemptorem, negat Fidem, Sacramenta, & Ecclesiam. Sic omnis hæresis tandem degenerat in Atheismum, uti jam videmus hæreticos docere, quemlibet, etiam Turcam, & Paganum in sua fide posse salvari, ac proinde non esse necessarium Christum, & Christianismum. C. 2. Pet. 2. v. 1.

333. *Sunt fugiendi.*

Cum Julianus Apostata ingrederetur templum Fortunæ, Valentinianus Christianus anteibat Cæsarem, cumque in ingressu templi aqua lustrica, quam sacrificali suspensitiose habebant, fuisse confersus, conspergenti alapam infixit. Fuit quidem a Juliano propterea in exilium pulsus, sed postea factus Imperator. Eusebius Episc. Vercellensis ne quidem cibos ab Arrianis sibi submissos in su-

prema inedia gustare volebat. Marcioni hæretico, ubi ab Ecclesiæ communitate exclusus est, in signum odii etiam ducenti sestertii restituti sunt, quos antea Ecclesiæ donaverat. D. 12. 37.

S. Joannes Apostolus nolebat ingredi domum, in qua versabatur Cerinthus hæreticus. S. Polycarpus cum obivium haberet Marcionem hæreticum, & ab eo quæreret, Noli me: Reposui, novi primogenitum diaboli. S. Petrus Alexandrinus monuit suos, Arrius Deo demortuus est, nolite cum eo communicare habere. Abbas Cyriacus videt in somnio quod Beatissima Virgo averferet suam cellam propter librum Nestorii, quem intus habebat. Sanchez 4. part. cap. 3. fol. 202.

Sub gravi delicto fugiendi sunt: cum adest periculum perversionis. 2. Cum videris eorum hæresi favere eamque tacite profiteri. 3. Cum alii scandalizantur, & putent te hæresis ac hæreticorum hospitem, & parvum esse. Porro S. Joannes ingressus balneum, & videns ibi Cerinthum ex eo se proripuit, inquit: fugiamus, ne balneum, in quo est adversarius veritatis, corruat. Sic S. Polycarpus Joannis Apost. discipulus ait: Abstinemus a scandalis, & a falsis fratribus, qui in vanum portant nomen Domini. S. Ignatius Martyr aique S. Joannis Discipulus: Fugite impias, & Deum abnegantes hæreses! S. Cosmus Abbas sepultus in eodem sepulchro, in quo humatus erat hæreticus Episcopus, singulis noctibus auditus est in hæc verba: Noli me tangere hæretice! Ne appropinquas hostis Ecclesiæ! Eusebius Vercellensis caput ab Arrianis maluit fame mori, quam ab Arrianis cibum sumere. Givès Samolateni ita execrati sunt Eunomium hæreticum, ut pueri ludentes pila, cum illi casu mulam Eunomii tetrigisset, in lusu pergere noluerint, nisi illam, quasi hoc tactu contaminatam, perflamas expiassent. S. Paphnurius Maximum Episc. Hierosolymitanum ex simplicitate inter hæreticos versantem manu educens, non patiar, inquit, Episcopum adeo venerandum in cathedra pestilentia sedere. S. Martinus communicans cum Episcopis Ithaciana Sectæ monitus fuit ab Angelo, & licet penitenter, sensit tamen deinceps detrimentum virtutis, ut tot miracula non pararet, quot antea. Multo magis cavendi sunt hæreticorum libri, quia pestilentes sunt, & habet specie elegantia venenum spargunt. C. in Ep. 2. Joan. v. 10.

134. Veram fidem mendacis denigrant.

Indicibile est quantis calumniis, & falsitatibus heretici fidem populum profcindant: id quod ipsum antiquitus fecerunt Gentiles contra Judaeos: Cornel. Tacitus scripsit falso contra Hebraeos, quod a sinu adora, quod ortum trahant a monte Ida, & deo Judaei dicantur, quasi Idaei, quod ex Aegypto expulsi sint propter morbum glandularem, & ideo carnis nullis non vescantur in memoriam, quod hunc morbum a suis contraxerint, &c. Nuge haec sunt mendaces, & tamen hujusmodi nugae etiam heretici contra Catholicos confingunt. D. 11. 24.

Lutherus enormia profus mendacia contra Ecclesiam Catholicam evomit. Dicit 1. Papatum abominabile esse Deo, quia Papa nec verbum praedicat de Christo.

2. Papista Redemptorem ex oculis remouent, orant, vivunt sine hoc mediatore sicut Turca & Judaei. 3. Papista docent, illos aeternum damnari, qui in Christum credunt. 4. Papista firmiter credunt, Christum inutiliter mortuum esse. 5. In Papatu omnes Theologi, & Academiae nescierunt peccatum esse, in Christum non credere. 6. Religiosi, & praecipue Cathusini tenent, quod per Ordinis sui Regulas, non per Christi merita salventur. 7. In tota Italia vix tres sunt Doctores, qui credunt resurrectionem mortuorum. 8. In Papatu docetur, qui saluari cupit, debet Christo, & patre Baptismali renuntiare, Evangelium, & remissionem peccatorum negare, Deum mendacis arguere, sanguinem Christi pedibus calcare, Spiritum Sanctum conuerti, ut sic per propria merita saluari &c. An unquam mendaciorem sicophantam mundus habuit? Et ego credam, hunc deceperunt a Deo electum esse, ut effectus Ecclesiae Reformator? Stultescit quisquis hoc credit, &c.

135. Non conuertuntur ob bona in terra.

Deus hujus saeculi excocauit mentes infidelium, ut non fulgeat illuminatio Evangelii. Quis est Deus hujus saeculi? est illa bonorum terrenorum trias, pecunia, voluptas, honor. Est excocant infideles, ut non videant lucem veritatis: Quomodo excocantur eorum oculis inaspergendo, quod facit ad expectationem, avaris pulverem, luxuriosis lacum, superbis sumum.

Tom. 2. Viti. fol. 357. Tom. 1. 2. Viti. fol. 153. Viti. fol. 153. 7b. fol. 295. b. Tom. 1. Viti. fol. 31. b. 137. a. b. 2. Cor. 4.

Quotquot infidelium repugnant Doctrinae Evangelicae, pro hoc triplici idolo repugnant &c. Segn. Manna 29. Mali 1.

Noctua ut immunda volueris ab esu & altari excluditur, ubi S. Ambrosius: s. Ambrosius in Malactian Prop. in fin. To. 2. Nolo te imitorem esse noctuae. ... quae grandibus oculis tenebrarum caliginis diligit, splendorem solis horrescit. Illud animal hereticorum figura est, atque gentium, qui tenebras amplectuntur diaboli, lucem Salvatoris horrescunt, &c. C. Lev. 11. v. 19. f. 665. D. 2.

Communis est hereticorum, curanda esse praesentia bona, non futura incerta; unde vel palam, vel tacite negant animae immortalitatem, & gehennam. Hoc est, quod Lutherus de suis dixit: Credunt ut suos, vivunt ut suos, moriuntur ut suos. C. 2. Petri 2. v. 18.

Pradicantes, seu Pseudo-Pastores Lutherani ac Calviniani Veritatem Fidei Catholicae, ejusque necessitatem ad salutem certo agnoscunt, & tamen temerariis principis, falsisque persuasionibus conscientiam sopiunt, & in errore vivere ac mori decernunt. Quare? quia si conuertentur ad sanctam fidem commoditer renitis cedere, & officia satis pingua amittere deberent. Decernant Reges ac Principes, quod illos in suis rebus manuteneat ac protegere velint, & certe hodie adhuc millenti conuertentur &c.

136. Sicut Apostoli damnati.

In morte Lutheri notatum est, quod omnes argumenti a malis spiritibus miram habuerint requiem; quia isti Comites ibant in funere fidelis sui foetis. Idem contigit cum anno 1566. Amstelodami & alibi devastatae sunt imagines Sanctorum, quia daemones fideliter cooperati sunt ad hanc iconomachiam. Porro in hac devastatione imaginum heretici vix unquam nocuerunt: Imagini demonis. Parisiis cum fenestras omnes confregerunt, in quibus pictum erat extremum iudicium, orbi uni pepererunt, in quo daemnon visebatur. Londini in templo S. Pauli imagines omnes pessum dederunt, excepta illa demonis, quae sub pedibus S. Michaelis jacuerat. Antiochia nullam iconem intactam reliquerunt; nisi demonis penes sinistram latronem. Leodii cum Monasterium Francoconorum devastarunt, imagine in demonis in peritica praefertur iusserunt, ut ex vexillo pateret, cuius partibus pugnarent &c. D. 7. 95.

Lutherus aperte fatetur se nocturnis

Caroli Sigon. l. 2. de Reg. Ital. S. Hier. epist. 139.

colloquit a daemone fuisse persuasum, ut Missam tempore. Zvinglius ait, se nocturno ambrogare a spiritu (nescio, ait, albus an ater fuerit) fuisse argumentis instructum, quae contra adversarium suam doctrinam producere deberet. D. 11. 11.

S. Apostoli Christi Domini in omnem terram diffusi, eorumque successores, sanctitate & doctrina celeberrimi, o quantum laborant & sudant, ac denique vitam & sanguinem profuderunt, pro fide, pro virtute, pro Ecclesia: Isti autem daemones emissarii laborant, & sudant, ut Ecclesiam destruant, quam Christus & Apostoli suo sanguine zedificaverunt &c.

137. Communiter pervertunt eadem plerumque non persuadent doctores.

Cum Macario Antiocheno Patriarchae & Heretico Pallium Episcopale in publico Concilio exueretur, magna copia nigricantium araneorum comparuit. Heretici ergo araneae sunt, eviscerant se, intellectum suum exhauriunt, ut texturam faciant, quid autem capiunt? audiamus S. Hieron. Super persona hereticorum scriptum est in Isai, telam araneae texunt, quae parva & levis potest capere animalia ut muscas, culices, & cetera hujusmodi; a fortioribus autem rumpitur instar leonum in Ecclesia simpliciumque, qui eorum decipiuntur erroribus, cum viros in veritate robustos non valeant obtinere. A. 1. lect. 5. num. 5.

S. Hier. epist. 139.

Hinc non habent, quod de multitudine suorum sequacium gloriantur: Theodora meretrix insultavit Socrati: Tu neminem ex meis poteris a me abalienare, ego vero tuos omnes possem ad me trahere. Cui Socrates: Non mirum hoc: quia tu ad declivem tramitem rapis, ego vero ad ardua virtutis sursum traho. Idem hoc respondit Thomas Morus Lutheri factum suorum affectuum copiam. C. Exod. 27. v. 8. fol. 535. col. 1.

Anno 1730. & sequenti, Salisburgenses rustici ab hereticis furtive in illos montes illapsi depravati, excussa sancta Fidei Religione, in Borussia, & regionibus illas Septentrionalibus magno numero emigrarunt: Nemo ullus ex Nobilibus, ex Litteratis, ex Clericis, aut Religiosis erat inter illos. Sed plebs erat rustissima, in qua unusalterum, sicut grues ad transmarina volitantes, trahabant &c. Quin imo a tempore deformationis Lutheranae nemo ullus Principum aut Lit-

teratorum ad Sectam hanc noviter cusam transiit. Multi autem decepti ad sanctam fidem Catholicam redeunt &c.

138. Infelici morie percutit coram antesignani.

Ebion Hereticus cum in thermis se lavare, supervenit S. Joannes Apostolus, & audiens Ebionem ibi morari, dixit, abeamus fratres, ne una cum hoc impio a collapsura domo obruiamur. Abiit S. Apostolus, & Hereticus ruina obruitus est. Montanus & Maximilla, qui adibatant se, non Apostolos receptisse Spiritum Sanctum, rabiosi facti seipso interfecerunt. Arius cum Constantiensi plateas obibat, subitis ventris doloribus occupatus intestina eiecit. Nestorius in exilium pulsus a Deo ita punitus est, ut computrescente, & veribus corrosa lingua misere perierit. Lutherus sumpta languiter cena, & facetiis hilariter exacta in loco immundo interit, imo dicitur, quod se laqueo suspenderit. Oecolampadius repentina morte suffocatus est vivente adhuc Lutero, qui audita illius necesse dixit, sibi esse explanatissimum Oecolampadium ignem diaboli telis fuisse confossum. Olander obmutuit, & instar belliae terribilem mortem obiit. De Carolostadio saterunt ipsi Lutherani in Historia Augustana Confessionis: Dissertit nemo potest Carolostadium tandem ab ipso Sotano suffocatum interisse. De Bucero testatur Bozius ad eius agnomem terribilem daemone comparuisse, & agonizante lecto raptum, ac terrae illius obruticasse. Calvinus post dolerum quadrennium morbum pediculis & veribus corrosus perit. Zvinglius in pugna caesus, & postea agnitus tangam auctor. Rebelionis, & patrie proditor rogo concrematus fuit &c. D. 2. 45.

Erit manus mea super falsos Prophetas. Ezech. 13.

Sic Elias quadringentos Prophetas Baal occidit. Arius crepit medius ut Judas: Julianus Apostata e caelo hausta confosus est. Joannes Huss combultus: Mahomet apoplexia peremptus: Manichaeus a Rege Persarum excoriat &c. hoc est quod istas dicit: Abierunt in confusum saeculae. Ezech. 13. v. 8. Et 2. Petri 2. v. 1.

139. Sunt ad luxum & luxuriam proclives.

Nicolaus Diaconus docuit libidinem carnis ad salutem necessariam esse. S. punct. 9. fol. 573.

In Apocalypsi vocantur hæretici locustæ propter suam mollietatem. Ideo plebique suas Sectas propagarunt admodum lo mulierum. S. punct. 9. fol. 574.

S. Hieron. epist. C. 11. 2.

S. Hieronymus ostendit pleræque hæreses fuisse propagatas feminarum lenocinio: Simon Magus hæresim condidit auxilio Helene meretricis: Nicolaus Antiochenus omnium immunditiarum conditor duxit choros femineos: Marcion Romam præmisit mulieres ad maiorem lasciviam. Montanus Comitem habuit Priscam, & Maximillam: Arius ut plebem deciperet, antea forem Principis decepit. Donatus Lucillæ opibus adjutus fuit. Epitimus cæcum Agape cæca duxit. Prisciliano iunda fuit Gallia. D. 5. 83. C. Ep. Jac. c. 3. v. 12.

Henricus VIII. Angliæ Rex ex impuro amore erga Annam Bolenam a fide desecit, & hæresim in regnum invehit. A. lect. 9. 9. 7.

S. Hieron. in c. 3. Jerem. Item in c. 2. 1. 2.

S. Hieron. ait: Nulla hæresis, nisi propter gulam, ventremque construitur, ut seucat mulierculas operatas peccatis. Et alibi: Difficile est invenire hæreticum, qui diligit castitatem: Nota sunt Sacrilegia, & libidines Calvinii, Lutheri, Bezzæ & aliorum. Ideo Thomas Morus obiicitur, plurimos ad Lutheri Sectam transire, argute respondit: Non plus miraculi est homines ad Lutherum currere, quam saxa ex alto ruere deorsum. Plerique enim currunt ad gulam, & venerem, quasi porci ad volucrem, quam permittit, imo docet Lutherus. C. in 2. Petri c. 2. Item C. Rom. 1. v. 26.

Hæresarchæ ex suo errore & hæresi non aliud querunt, quam epulari & deliciari: Nihil aliud, ait S. Hieron. nisi de voluptatibus cogitantes. Sic Gnostici post epulas extincto lumine impudentibus tenebris nefandas cupiditates involvunt. Sic Lutherus de suis conqueritur, quod nullius peccati ratio habeatur. C. 2. Petri 2. v. 13. Item 1. Tim. 1. v. 20. Vide Lib. 5. Tit. Mulier illaudabilis.

140. Sunt obstinati contra veritatem agnitam.

S. Chrysostronus ait de Judæis: Videant Hebræi mortuos suscitatos, leprosus

mundatos, demones fugatos, mare frigidatum, cæcos illuminatos, & hæc omnia videntes crucifixerunt eum. Idem de hæreticis prouocionaliter dicit potest. M. conc. 38. ass. 3. n. 5.

Multi de industria obturant aures, ne veritatem agnoscant: Nobilis Eques Anglicus loquebatur cum femina Princeps Orangica de veritate fidei Catholicæ, quem illa tacere iussit, inquit, se metuere scrupulos. At Eques, ut video, posuit. Vestra Celsitudo vult sine scrupulis ire ad infernum. A. 1. l. 1. n. 26.

Pharisei & Sadducai in Legge Veteri erant Hæretici, & Hæreticorum notorium in omnibus fere antesignani: Nam 1. Novas falsasque doctrinas excogetarunt. 2. Erant inter se discordes in dogmatibus suis. 3. Libros Scripturæ pro libitu rejiciebant. 4. Traditiones improbant. 5. Nil credere volebant nisi sensibilem perceptibile. 6. Nullum Scripturæ sensum approbant, nisi suum &c. D. 1. c. 92. & 93.

P. Martinus Aranda S. J. in regno Chilensi Missionarius ab Agamone Barbaro obruncatur, excelsium eius cor devoratur, & tamen S. Vir palo alligatus sine corde per horæ quadrante adhuc pro fide Catholica perorat. Nihilominus eo miraculo barbarus non fuit conversus. Ita sunt hæretici, etiam miraculis non flectuntur. Nemo potest corrigere, quem Deus despexit. R. cent. 3. mir. 35.

Clericus Landgravium Thuringiæ in infernali puteo ardentem videt, a quo rogabatur, ut filio restitutionem bonorum Ecclesiasticorum persuaderet, se exinde lenimen tormentorum habiturum. Fecit Clericus omnia, Ludovicus tamen filius illi non credidit &c. E. Verbo Bona iustitia n. 5.

Idololatria.

141. Unde originem sumpsit.

Nemrod, seu Belus fuit auctor idololatriæ, & primus Ninus iussit patrem Belum Divinis honoribus coli. Hæc ergo Belus fuit primus Jupiter, cui Semiramis uxor Nini templum magnificentissimum struxit, opus mirandum, fuit enim altitudine unius stadii. C. Genes. c. 10. v. 8.

Antiqui mortuorum suorum corpora balsamo, melle, cera contra putredinem obliniebant, dein conservabant, mensæ adhibebant, quæ res idololatriæ ansam dedit. D. 2. 87.

Ido-

Idololatriæ si non originem, saltem incrementum dedit mos ehypporum: quippe eiusmodi imagines, quæ notis erant in memoriam, ignorantibus factæ sunt in venerationem &c. D. 5. 38.

Ad idololatriam proxima est dispositio licentia carnis & libido, quæ sicut Salomonem ad idololatriam impulit, ita plures in fine mundi impellet. Sed Antichristus eam tollet, volens solus adorari ut Deus. C. Apoc. 9. v. 20. in fine. Christus Dominus Judæos, qui signum petebant, vocat generationem malam, & adulteram; sicut enim adulterium est infidelitas erga hominem, ita idololatria est infidelitas erga Deum, & sicut illa ex libidine ortum trahit, ita ista. C. Matth. 12. v. 39.

Interdum originem sumpsit ab inepta simplicitate: Indorum quidam cum ad amicum sicum cum litteris portare iubetur, dimidiam sicum partem comedit in via, quod cum amico ex litteris innotesceret, Indus in genua provolutus litteras pro Deo adoravit, quibus tanta esset facultas, ut arcanam, & a nemine visam confessionem prodere possent. Cum P. Matheus Riccius S. J. Missionarius apud Chineses tormentum bellicum esse crederet, illudque in littore maris explosit, præsens populus confestim in genua prociadus adoravit tormentum, putans tantam vim, & terribile tonitru esse aliquid Divinum &c.

142. Est mera insania.

S. Cypr. alloquitur Gentiles, dicite: Quibus generosis adibus floruerunt illi, quos pro diis habetis? insigniora illorum facinora fuerunt, adulteria, homicidia, fraudes: non mortuos excitarunt, non cæcos illuminarunt, sed per scelera orbem innoverunt. Melicentes, & Lycothea in mare fe precipitant, & sunt maris Numina. Hercules inter crudelissimos dolores ex lascivia contractos Æthæis flammis exanimatur. Apollo propter proterviam ad greges condemnatur. Saturnus filios devoravit. Jupiter incestuosus, & libidinosus erat, Mars adulter, & crudelis, Juno zelotypa, Venus impudens, Aëta, & Flora meretrices &c. A. 1. l. 4. n. 9.

Romani, ut terrarum Domini, Aëta meretrici, quæ alio nomine Laurentia vocabatur, ludos laurentiales, Flora floralis celebrarunt: quid scelerarius ludis superciliis excogitari posset? nudi per urbem circumambulabant &c. Ægyptii,

utut litteratissimi, Serpentes, Crocodillos, Aves adorabant, imo & porum, cæpe, & allium in suis hortis. Quid stultius? A. 1. lect. 4. §. 4.

Idololatriæ Dorostorense singulari annis juvenem triginta dierum delictis saginatum, & auro coronatum Saturno immolabant. Doluit S. Datus hanc victimam damonitari, & victimæ Christi factus, caput relecandum pro fide dedit. N. 20. Nov.

Phenices & Carthaginenses suos filios immolabant Saturno aliisque Deorum monstis. Carthaginenses ab Agathocle victi, & propterea Deos sibi iratos esse arbitrantur ducentos nobilium filios diis immolarunt. Similis crudelitas modicum ante tempus viguit apud Indos, Mexicani enim quotannis 20000. hominum damoni immolabant. C. Lev. 18. v. 21.

Ignorantia Mysteriorum Fidei.

143. Quam culpabilis coram Deo.

Cardinalis Toletus, & Nicerbergius deplorant, quod multi necesse necessaria: & ideo, dicunt, frequentissime Sacramenta nulliter suscipi, & ipsas etiam apostasias oriri. Inter hæreticos pueri, puellæque dexterrime in suis articulis sunt eruditi, de fidelibus autem deplorat S. Thomas: Multa scienda nesciuntur, aut scientia incuria, aut scientia desidia, aut verecundia inquirendi, & ejusmodi ignorantia non habet excusationem. B. term. 70. n. 14.

Adhuc detestabilis est, si hæc ipsa ignorantia affectetur, ut multi sciunt, quia timent, ne emendentur: Nobilis Eques Anglicus cum femina Principe Orangica loquebatur de veritate Catholicæ Fidei, quæm illa tacere iussit, qui metuetur scrupulos. Reposuit eques: Nonquid Vestra Celsitudo vult sine scrupulis ire ad infernum? A. 1. l. 1. n. 26.

Anno 1374. mirabilis morbus grassabatur, dictus tripodum S. Viti, eo qui corripiebantur juvenes & senes sine intermissione publice saltabant, fatigati in terram cadebant, & iterum ad saltum resurgebant: hæc insania longe lateque propagabatur, putatumque est, esse supplicium Dei propter ignorantiam in rebus fidei; quia neque ex hominibus factis, neque ex profanis doctis quisquam corripiebatur &c. D. 8. 24.

Et quid mali sequitur ex hæc ignorantia? Recordare, qualis fuerit hæc Patria nostra ante bis mille annos: fuerunt tunc Ger-

Germani tam barbari & inculti, quam hodie sint aliqui populi in extremis Africæ aut Africa angulis, qui præter speciem nihil humani referunt. Ignorant Deum, adorant canes, feles, mures deyorant se invicem, & habitant inter feras silvæ, ipsi feris ferociores. Tandem ad humanitatem exulti sunt per Viros Apostolicos, Episcopos, & Sacerdotes. Quod si hæc ignorantia recrudescat, si hæreses & opinandi libertas, inter millenas contradictiones prævaleat, fieri potest, ut nostra hæc Patria, nunc satis culta, ad eandem barbariam recidat, & certo recidet tempore Antichristi, qui apostasiam, & idolomaniam noviter repululante dein extinguet, dum solus vobis pro Deo adorari. Luctuosa hujus rei exempla habemus complura.

Sub Rege Hispanorum Rodrigo plurimi ad Saracenos defecerunt, ita ut inter quingenta millia vix quingenti nati Saraceni fuerint, cæteri omnes erant Christiani Apostata. *Tradidit illos Deus in reprobum sensum*, quia non habuerunt Deum in notitia, ait S. Paulus. B. serm. 70. n. 15.

Populus Israel a Deo reprobat, quia non habuit scientiam. B. serm. 70. n. 15.

144. *Post se trahit innumera peccata.*

Oseas ingemisit: *Maledictum est mendacium, & homicidium, & furtum, & adulterium inundaverunt, & sanguis sanguinem tetigit*, alii legunt: *Peccatum peccato univir*. Unde tanta malorum lætitia: nempe ex hoc antecedente: *Non est scientia Dei in terra*, A. l. i. r. n. 26. P. Hom. Chr. p. 1. disc. 3. n. 10.

Ignorantia triplex est: *Debitatis*, quæ natura congenita & ex prævaricatione primorum parentum derivata est. *Negligentie*, quæ culpabilis est, cum homini curæ non est in rebus illis instrui, quæ ad bene credendum & bene vivendum spectant. *De Malitia*, quæ peccator voluntarie cupit esse cæcus &c. P. Hom. Chr. p. 2. disc. 9. n. 2. 3. 4.

Multi non agnoscunt finem suum, putant se sibi tantum, non Deo natos esse, hinc omnes animi, corporisque facultates in id intendunt, ut humana, & caduca congerant, opes, voluptates, honores acquirant, porcorum instar, qui glandes devorant, nunquam tamen in arborem oculos attollunt. Ipsi tantum eos felices putant, qui plus de mundi hujus gleba conferunt, sunt rerum æternarum

incuri, dicentes: *Venite, fruamur bonis, quæ sunt hæc*. Ear jam quis & tali homunculo persuadeat, necessarium esse, ut quis peccatum præ quo visibili malo averfetur: horum ille nihil assequatur, quia prius boni jactura afficiat, quam boni caduci, similis Crocodillo, qui dorso, quo caelum spectat, durissimus & fere impenetrabilis est, ventre autem, quo terram tangit, tam tenui cute obtegatur, ut tenuissimæ acis cuspidi perforari possit &c. P. p. 1. disc. 5. n. 20.

Judaismus.

145. *Corruptus ex magis Thaludicis.*

Thaludus docet, Adamum ante Evam habuisse aliam uxorem, nomine Lilis, cum qua in statu peccati per 130. annos genuit demones. C. Gen. 2. v. 23.

Dicunt uxorem Loc versam esse in Statuam fallis, quia pridie Angelis in cena sal non apposuit. C. Gen. 19. v. 26.

Dicunt Regem Og in Bafan fuisse maximum gigantem, qui adventantibus Hebræis montem duarum leucarum in humeros sustulerit, ut Hebræos omnes uno montis jactu obrueret. Sed illum montis mole oppressum succubuisse. C. Num. 21. in fine.

Thaludista contra Deum eas evomunt blasphemias, ut ne stygie quidem linguæ vomere possent atrociores: Deo potentiam auferunt, dum affirmant, Rabbinorum aliquos eum diris devovisse, quod contra eos, pro amulo sententiam dixerit. Item, esse locum aliquem, ad quem idem Angelus se Deus recipiat, ibique magnis plantibus defæat, quod Templum Solymania everti, & populum electum dispersi passus sit. Sapientiam Deo adimunt, docentes, illum primas dies horas dare studio legis Mosaicæ: tres autem postremas dies horas dare animi oblectationi, quam caperet cum prægrandi quodam pisce, Leviathan dicto, eaque de causa semel illum a versuto quodam Rabbinio delusum esse, qui ope demonis in æolum inobersatus irrupisset. Bonitatem Deo tollunt, dum fingunt, quod lux lucis aliquid per injuriam ademerit, & soli contulerit, eaque de causa, admitti delicti poenitentem, omnibus Judæis in lege præcepisse, ut luna nova semper certo ritu sacrificarent &c. Enimvero ne ipse Lucifer maiora posset contra Deum excogitare deliramenta. Segneri Incred. non excusab. p. 2. c. 23. §. 2.

146. *Id*

146. *In fine mundi agnoscat veritatem.*

Agar in solitudine errans præ siti moritura erat, & postremo puteum vidit, quem prius merore turbata non viderat: ita Deus in fine mundi Judæis puteum Scripturæ, & in eo aquam vitæ, scilicet Christum ostendit. C. Gen. c. 22. v. 19.

Christus in Ægyptum aufugit noctu, quia noctem ignorantie reliquit incredulis: revertitur vero de die, quia in fine mundi Judæi fidem, tanquam Christum ab Ægypto revertentem suscipientes illuminabuntur, ait Hieronymus: Brev. in Felt. SS. Innocentium.

Eum in sensum dicit S. Paulus: *Si fuerit numerus filiorum Israel tanquam arena maris, reliquæ salvæ sunt*. Et Propheta Daniel: *In illo tempore salvabitur populus tuus omnis hæc*. D. 5. 45. in fine.

Picus a Christo maledicta aruit quidem ramis, & foliis, non tamen stemmate & radice: quia ut ait S. Hieron. in novissimo tempore, si credere voluerit, virgula fidei repullulet. D. ro. 55.

147. *A Deo reprobatu est.*

Julianus Apostata voluit Judæorum sacrificia, & ritus resuscitare, in hunc finem permisit eis reedificare Templum Jerosolymitanum: verum cum operi initium datur, e fundamentis prorumpit ignis, dissipat operarios, terræ motu profertur adificia, destruntur materialia, in vestibus apparent crucis signa, quæ occultari non poterant. D. 3. 21.

Angelus cum Jacobo luctatus nervum femoris ejus emarcescere fecit: Nervus significat carnalem sensum veteris Legis, qui per lucam Christi cum Judæis erat resoluendus & luxandus; hinc claudicare cepit Judaismus. C. Gen. 31. v. 42.

Huius reprobatonis initium fuit Solymania eversa per tragediam adeo luctuosam, ut mundus smilem non viderit. Urbs in tres factiones scissa, quæ se invicem adeo consumpserunt, ut urbs macello similis videretur, per unam portam centum & quindecim mille funera & fraudes collectis. F. p. 3. fol. 174.

Ficus Imp. videns cumulos mortuorum proflatus sit, se nec fecisse, nec imperasse tantam stragem. Totus numerus exercitus excurrit ad undecies centena hominum millia, captivorum nonaginta septem millia, ex quibus quotidie quingenti agebantur in furcas. &c. Segneri Incred. non excusab. p. 2. v. 24. n. 3. & seq.

Per sedecim sæcula a Deo nullam commiserationem sentiant miseri Judæi: sunt fine Rege, sine Regia, sine Urbe, sine Sacerdotibus, sine Sacrificiis, sine Templo, sine Prophetis, sine Ara, sine Sanctis, sine Scientia, sine Religione. Frustra fuerunt conatus Regum, ut Julian. Imp. qui miseram gentem erigere voluit. Segn. ibid. n. 22. & seq.

148. *Toti mundo exorsus.*

Tempore S. Hieron. Judæi quotannis turmatim pullato habitu redibant Solyman, templi ruinam deploraturi: a militibus autem non admittentur, nisi prius licentibus lacrymans magna pecunia summa essent. F. p. 1. l. 22. c. 11. n. 7.

Cum Romæ tempore S. Petri rebelles Judæi Christianorum ades armata manu, non sine ingenti utriusque cade invadebant, ab Imp. Claudio urbe expulsi sunt. F. p. 2. fol. 24.

Tempore Adriani, cum Judæi contra Imperatorem rebella arma capiebant, quingenta & octoginta eorum millia cruciabantur, eversa etiam munificencia illorum urbe Bethura, & tota Palæstina ad vastitatem redacta. Nec solum ex urbe Solymaniae Judæos ejecit Adrianus, sed etiam supra portam ubis porcum e maremore erexit, id significans, quod sicut Judæi a carne suilla abstinent; ita etiam illis in perpetuum ab hac urbe abstinentum esset. F. p. 2. in Vita S. Sixti. n. 4. fol. 36.

Sub Ferdinando Catholico anno 1492. Judæi ex Hispania expelluntur. Paucos tempore octingenta eorum millia in alienas terras commigrarunt, exceptis his, qui opum suarum amore baptismum susceperunt, noventiores sub lava Catholicismi, quam antea fuerunt sub Judaismo. F. p. 2. in Vita Innoc. VIII. fol. 363. Item F. p. 3. fol. 330. Item p. 3. in Vita Ferdinandi V. fol. 404.

Tempore Philippi II. emigrare iussi sunt e Gallia relicti auro & argento, tanquam opibus perufuras & fraudes collectis. F. p. 3. fol. 174.

Uti suppone magna quidem Judæorum multitudo baptizari se finit, sed cum simulate agere, & Pascha Judaico ritu peragere deprehensi sunt, a Lusitanis rebellantibus tam intra, quam extra urbem fere duo Judaorum millia cruciata fuerant. Surtius in Comment. anno 1506. fol. 50.

Judai.

149. Sunt impostores, & deceptores.

Sub Philippo II. pelluntur ex Gallia propter decumanas fraudes, & depauperationes subditorum. F. p. 3. l. 6. f. 174.

Sub Ludovico X. revocantur quidem, sed constituunt homines, qui venenosos globulos in fontes injecerent, inde magna hominum strages exorta est: tunc Judai iterum a Gallia pulsati, & corinthei incarcerati sunt, unus tamen alterum in captivitate jugulavit. F. p. 3. l. 6. f. 195.

Tempore Theodosii II. multi Judaeorum Baptismum fidei receperunt, ut sic pecunias colligerent a Christianis: cum unus aliquando a Catholicis baptizatus postea iterum a Novatianis baptizari peteret, aqua preparata subito disparuit. D. 2. 81.

Impostor Judaeus in Insula Candia habitabat: esse Moysen caelitus missum, ut Judaeos Insula incolas in terram promissam duceret: promissit se velle exsiccatum mari in ejus fundo transire: parare: anno integro ista predicabat, atque ingressus Judaeorum numerus venditis bonis iterum se parabat. Adveniente praestituta die in praetium promontorii rupem illos ducere, petiitque ut se in aquas saltu demitterent, fore ut leniter undis excepti recedente utrinque mari sicco pede possint ambulare. Parvum multi, & submersi sunt, alii a piscatoribus excepti agnita fraude baptizati sunt &c. D. 2. 81.

Perperam agunt judices, si Judaeos ad testandum, aut jurandum contra Christianos admittant: quia illi licitum sibi putant Christianis quacumque ratione possint, damnum inferre: unde eorum magnus Rabbi fidei scribit: *Optimus qui inter gentes est, dignus est, ut caput illi conteratur tanquam serpenti.* C. Lev. 5. v. 1.

In suis negotiis & usuris non sunt fidei digni: cum Massilienses a Judaeis ad pauperem fuerint redacti, Rex Carolus VIII. eorum chyrographa afferri jussit, & singula verba in ista duabus lineis obduxit, iniqui, Crucem Christi sufficere ad omnia debita expungenda. F. p. 3. l. 6. fol. 226.

In Marchionatu Brandeburgico anno 1510. multi Judaeorum ob vastas imposturas in carcere dati, fassi sunt, quod a modico tempore septem Christianorum infantes acubus excaecarunt. Multi capite plecti, ceteri omnes a Marchionatu expulsi sunt. Surtus Comment. ad Ann. 1510.

Sub Paulo IV. Rom. Pont. Judai ob varias imposturas in speciali districtu conclusi, jusque sunt deinceps pileo pileo uti, ut hoc signaculo ab honesta plebe discriminari possint. F. p. 2. in Vita Pauli IV. n. 3. fol. 495.

150. Habuerunt varias Sectas.

Tres praecipue erant Sectae Judaeorum tempore Christi, & Pauli: Pharisaeorum, Essenorum, & Sadduceorum: aliae minus celebres fuerunt plures, scilicet Dositheorum, Hermero-baptistarum, Herodianorum, Nazariorum, aliorumque.

1. *Esseni* vitam sanctiorem profitebantur, & a ceteris Schismate erant divisi.

2. *Sadducei* dicebant non esse resurrectionem mortuorum, neque Angelum aut Spiritum.

3. *Dositheii* ab animatis abstinere, & Sabbatum superstitiose colebant, ita ut quisque eorum, habitu, loco, seu eodem die Sabbati permaneret ad vesperam.

4. *Herero-baptiste*, sic dicti, quod quotidie baptizarentur, rati non posse hominem pure vivere, nisi singulis diebus in aqua mergeretur & ablueretur.

5. *Nazarei* rejiciebant Pentateuchum, abstinere ab animatis velur immundis.

6. *Herodiani* dicebant Herodem Acaclonitam esse Christum, eo quod sub ipso

7. *Pharisei* scientia legis, & moribus antecellebant omnes, hinc tempore Christi erant summi Legis Doctores, non ita tamen, quin & habuerint suos errores: nam omnia tribuerunt fato, docebant Metempsychosin, seu transmigrationem animarum; hinc putabant Christum esse Eliam, aut Jeremiam, aut Joannem Baptistam. De cetero erant ab aliis separati: ob eminentem scientiam & sanctitatem: abstinere deliciis, frugaliter vivebant, jejunabant sabbato, ita ut inter Judaeos fuerint Pharisei, quod inter Christianos Religiosi, vestem etiam propriam habentes suae Professionis &c. C. Philip. c. 3. v. 6.

151. Cur toto orbe dispersi sint?

Primo ait S. Augustinus Judai per totum orbem dispersi sunt, ut testimonium perhibeant veritati Christianae; illi enim habent *codices, de quibus propheta est Christus, & nos tenemus Christum.* 2. Judai sunt quasi candelabrum, quod faciem illuminantem gerit, & ipsum tamen.

men nullam utilitatem ex lumine gerit. 3. ait S. Gregorius, Judai circumterant Scripturam, tanquam Epistolam Uriz, quae illorum capitale supplicium continet. 4. ait S. Chrysostomus, Judai per totum orbem diffusi sunt sicut membra furum, & grassatorum, quae in viis publicis ad terrorem aliorum e furca suspenduntur &c. D. 5. 45.

Dispersi sunt in universo orbe, ut omnes gentes in illis detestentur. Decidit crimen tam luculentis & diuturnis poenis in illis vindicatum. Ut enim latronum supplicia morte non finiuntur, sed in ipsa eorum cadavera scyitur, sic Solymae supplicia urbis vastitate non fuerunt finita, sed in iis in miseris reliquias, in orbis provinciis eiecit, tanquam membris, carnis manu scissis, scyitur est. Sicut enim gens Hebraea a Deo reprobata est, juxta illud Osee: *Voca nomen ejus: Non populus meus; quia vos non populus meus, & ego non ero vester:* Ita & terris perinde ac calco invita, & vultu contempta, ubique exul, ubique ferva, ubique tam militibus, quam civilibus honorum gradibus exulta est. Quis nationes omnes impulit, alias gentio & moribus dissimillimas, ut in uno hoc convenirent, ut singula Hebraeos conculcato velint, nullibi cives, ubique servos? nempe senta ista a Dei Providentia veniunt, quae vult ab omnibus abici, quos ipsa indignatione implacabili in omne xvum abiecit. *Populus, cui rivatus est Dominus, usque in eternum.* Segneri Incred. non Excus. p. 2. c. 14. n. 14.

152. Frustra sperant levamen suae affectionis.

Judai continuo sperant rem suam jam penitus profectam, denuo erigendam esse, sed inaniter: Primo: Quia eorum exilium jam durat mille septingentis annis: cum tamen Deus promiserit per Aggeum, quod post modicum temporis velit commovere caelum, & mittere expectatum ab omnibus gentibus: quomodo verificatur illud *post modicum tempus*, cum ab Aggeio usque nunc jam fluxerint bis mille anni? hinc irrii fuerunt illorum conatus resuscitandi templum sub Adriano, sub Constantino, sub Juliano. Secundo quia Propheta Daniel post sexaginta duas hebdomades venturum Messiam, deini obidionem, & plenariam devastationem praedixit, addiditque *In his*

omnibus non est aversus furor ejus, & adhuc manus ejus extenta, quibus verbis ad mentem S. Hieronymi perpetua Judaeorum abjectio exprimitur. Tertio, in omnibus aliis malis Judaeorum praedictus fuit a Propheta terminus uti in servitute Aegyptiaca, in captivitate Babilonica, in persecutione Antiochi: verum in hac ultima derelictione nullus in Scripturis terminus indicatur, quod signum est, eam usque in finem mundi duraturam. D. 9. 92.

Cum Ismael Sophus Perfarum Imperator Perfas, Medos, Armenos, aliaque gentes victoriosus subegit, Judai per totam Europam insolere, Latari, & convivia celebrare caperent, quia hunc Sophum putarunt esse suum Messiam. Sed decepti sunt, quia hic ipse Sophus non magis gentem quam Judaicam exortam habuit. Surtus Comment. f. 10.

153. Odium implacabile gerunt contra Christum, & Christianos.

Innestr Judai inter publica spectacula ludificabant Christum, sum puerum arripuerunt, & post varia tormenta crucifixerunt. In urbe Alexandria Judai persequebantur Christianos, adeo ut gubernator urbis publico mandato pacem sanxerit: hoc mandato magis esserati Judai, de nocte incendiis simulant, quod cum Christiani extincturi accurrunt, magno in numero trucidantur. Aliquis Judaeus Crucifixum vulnerat, & cum sanguis e vulneris fuit, in puteum projecit, unde dein copiosus sanguis haustus est. Alius Viennae Austria anno 1642. baptizatus & conversus, cum propter furta ad mortem condemnatur, Christi Crucifixi imaginem terribiliter blasphemavit, & pedibus calcavit, falsus est etiam se sacram Communionem pridie acceptam in latrinae forde abjecisse, quod & ibi reperit esse. Peffimus hic nebulosus pedibus suspensus lento igne exultus fuit. D. 2. 81.

Quin imo, etiam ad fidem Catholicam convertantur, nunquam plena fides illis adhibenda est. Paulus Burgenfis Episcopus, qui ipse fuit ante Judaeus, expresse monet, illis, qui ab Hebraeis trahunt originem, nullam fidem habendam, nullam reipublicae administrationem esse committendam, cum ad fraudes & simulationes nati sint. A. 1. lect. 1. n. 6.

Cum Judai ex Hispania pellebantur, unus Christiano valedicens aiebat: *fuit*

Nicol. lib. 14. c. 16.

Surtus. 1. 7. c. 13.

Baron. ann. 1642.

inter nos magna necessitudo, sed scias me intus capitali semper odio contra te assidue. Quare hoc documenti loco habe: Noli Judæo cuiquam, quamvis amicus tibi videatur, unquam fidere. T. num. 277.

154. Puniantur pena talionis ob crimen Deicidii.

Eadem Christi Domini fuisse metus armorum Romanorum, eandem eadem Romanorum armorum ultus est. Judæi Servatoris vitam triginta argenteis emunt, Romani capita Solyma triginta Judæos uo denario vendiderunt. Judæi Christum funibus vincitum per plateas raptaurunt, Romani nobilissimum quemque manibus a tergo revinctis per vias raptarunt, & in foro publice flagellarunt. Judæi Servatorem in colle Calvarie egerunt in crucem, Romani omnes colles circa Solymam verterunt in Calvarios, tam multis in furcas actis, ut nec silvæ cruce ministrare, nec solum illas capere possent. Judæi tempore Paschæ Deicidii se impiant, Romani sub idem tempus urbem devastarunt, cum omnis gens ad Azymorum solemnitatem confluebat &c. Sern. Incred. non excus. p. 2. c. 14.

Judæi in monte Oliveti Christum captivarunt, Titus Imp. in ipso hoc monte castra metatus est. Judæi Christum in carcere compererunt: Romani totam urbem circumducto muro carcerem fecerunt. Judæi Christum, æternam sapientiam ludificarunt: Titus Imp. duo Judæorum millia in theatrum producta per ludum obruncari jussit. Judæi Christum vestibus spoliarunt, Romani milites una nocte duo millia Judæorum evicerunt, aurum quærentes. Judæi contra Christum clamarunt, crucifige: Titus Imp. e capitis quotidie quingentos in crucem egit &c. Præterea hodie Judæi ex tribu Ruben, qui Christum captivarunt, tam venenosi sunt, ut quicquid viride tangunt, mox exarescat, & nec gramen super eorum sepulcra nascatur. Illi qui Christo alapas incurrerunt, dexteram habent breviorē, & contrariorem, quam sinistram. Illi qui Christo siserunt fel & acetum propinarunt, ex tribu Benjamin, quotannis in die Parasceves, ore & naribus vermium scaturiunt &c. P. Abraham a S. Clara lib. 3. fol. 200. & seq.

Juramenta.

155. Puniantur gravissime.

IN quodam pago nomine Benavido turbida tempestate exhibent duo viri, uterque a violentia tempestatu humi prostratus, sed uni eorum, qui jurandi & blasphemandi assuetudini deditus erat, lingua a fulmine ex ore eruta est. Hexamer. fol. 258.

Puer quinquennis a parentibus male educatus jam illa tenera ætate jurare & blasphemare callebat. Aliquando in gremio Patris recubans clamare cepit, ut defenderetur contra Mausos venientes, & cum iterum blasphemaret, mox animam reddidit. E. Jurare n. 1.

Cum aleatores in caupona blasphemarent, in platea a cive pietissimo inventus est Christus totus sanguineus & vulneratus, qui quasiis, quis eum tam graviter lisset, repositus, duo illi aleatores &c. E. Jurare n. 2.

S. Fiancus in juventute sceleratus inter aleas & lusus in juramenta & blasphemias erumpens, collusoribus suis etiam oculos oppigneravit, sed repente cæcus factus, Compostellam abiit, & ad sepulcrum S. Jacobi oculos recepit. Factus deinde penitentiam exemplar. N. 11. Dec.

Quidam ex itinere domum rediit, cum non statim adesset famulus, qui ocreas illi detraheret, vocavit dæmonem, & ecce! statim occulta vi dissoluta sunt pedum fibulæ. E. Demon. n. 1.

Dic quæso, si centies aut millies in vocem fulmina, & grandines, antequam vel semel unum devotum Pater noster ores; quid mirum, si a Deo exaudiaris? Dicit Christus, quod amico roganti panes, dentur propter importunitatem: etiam si Deus tui miseretur, tamen denique propter importunitatem tuam grandinem, aut fulmina dabit. Qui sursum projicit lapidem, in caput ipsius cadet, ait Salomon: tu semper sursum projicis lapides, quid mirum, si in caput tuum deruant?

156. Quam indigna Christiano.

Christus Dominus tam caro pretio nos redemit, & tamen multos Christianorum rogare oportet, ut nominis Christi saltem talem habeant reverentiam, qualem ipsi Turcæ; isti enim puniuntur si violent nomen Christi. Fraudes in emendo, & vendendo, jurgi, vindictæ, deprava-

tiones feminarum non possunt committi sine confirmatione per nomen Christi! O miseri, non cognoscitis quid sit Deus. Omnes Sancti non audent nomen Dei proferre sine horrore. Sunt quidem, qui se excusant precipitanti. Verum si quis in sinum vestrum vomeret, & dein ira aut precipitanti se excusaret, an esset contenti? &c. P. p. 2. dif. 2. n. 16.

Superiores Christiani, Parentes, & Patresfamilias omnem deberent operam impendere, ut hæc juramentorum audacia in communitatibus & in domo inter filios, famulos, & subditos compescatur. Pudeat, si ipsi sint! Claudius Cæsar, narrante Suetonio, insignem Virum, Græciæ Principem, latini sermonis ignarum ex albo judicum erasit, & ex urbe facessere jussit, metuens, ne lingua Græca confusionem Latinis causeret. VV. artic. disc. font. 30. Ex. 10. Et tu mi Christiane Superior, in communitate, aut domo patris illum, qui non novit linguam calæ, sed continuo loquitur linguam diaboli?

Perjurium.

157. Nocet toti communitati.

Tempore Davidis falsa est fames tribus annis jugiter. Quare? Propter Saul, & domum ejus, quia occidit Gabonitas. Josue enim ante sexcentos annos cum Gabonitis pacem sanxit, quos dein Saul contra juramentum occidit. S. Chrysol. Si ergo post sexcentos annos Deus juramentum vindicavit, & cum alii jurassent, alii, qui jusjurandum violarunt, penas deerant, quid partemur, qui pejeramus. B. Sern. 38. n. 30. Sern. 40. n. 24.

Romani cum gente quadam pacem sanxerunt: gens tamen illa proditorie omnes Romanos interfecit. Et ecce! panis eorum sanguine manavit, animalia domesticæ in silvas profugerunt, canes ad morem laporum ulularunt. Cumque fidei a Romano Imperatore victi sunt in campo, & reliqui quater milleni ad montes fugerunt, isti quater milleni congelati, ad modum lapidis obriguerunt. E. Perjurium 3.

Si Dominus Deus ad iram provocatur, cum nomen ejus assumitur in vanum, contra præceptum: Non assumes nomen Domini Dei tui in vanum: Quanto magis ad iram provocabitur, cum nomen ejus usurpatur ad falsum; cum enim Deus testis vocatur ad mendacium. B. Sern. 50. §. 2.

D. Claus Spicil. univers. Pars II.

Tempore Apostolorum Ananias defraudavit de agro, dimidia parte pretii sibi clam reservata, qua fraude graviter ac sacrilege Ecclesiam decepit, utpote, ut affirmant Sancti Patres, Voto paupertatis obstrictus, & tam sibi, quam uxori Saphiræ repente mortis supplicium concivit. C. Act. 5. v. 2.

158. Punitur a Deo gravissime.

Rex Sedecias a Nabuchodonosore expugnatus, oculis privatus, templum dirutum, urbs devastata fuit: Unde tanta mala? Abulenlis ait: Peccavit, quia fuit perjurus, nam juravit Regi Babylonis non rebellare contra eum per nomen Domini, & hoc non obstante rebellavit. B. Sern. 40. num. 24.

Christianus de pecunia Judæo restituta falso jurans a quadriga obiterunt.

Godoinus Regi jurans, si partem habeo in nece fratris tui, velim hoc bolopanis suffocari: comedit, & suffocatus est, &c. Sanchez 6. part. cap. 7. fol. 757. & seq.

Rusticus quidam cum Monasterio S. Egvvini de fundo litigans, calcæos suos terra hori fuit replet, & sic jurat hunc fundum suum esse, sed tempore messis falcæ suæ per occultam vim faucibus puniunt. R. 1. part. mir. 15.

Christianus a Judæo pecuniam accepit, sed repente eam Judæo, si jam restituisse, falso affirmabat, & falsitatem in judicio per juramentum confirmabat; nam concavum baculum auro implevit, & dum jurabat, illum Judæo adstanti interim tenendum dabat, putans se per hæc fraudem a perjurio immunes fore. Verum statim punctus est; nam domumadiens in via obdormivit, & prætereunte currum obtrixit. E. Jurare n. 4.

Quidam telonarius falso jurat se certam pecuniam summam non recepisse, addita penali conditione: si accipi vellem ut hac nocte per hunc ignem in fumo ardentem comburerer. Eadem nocte ante furnum obdormit, & combustus est. E. Jurare 6. E. Perjurium num. 4.

Alius de pecunia non accepta jurans in loco, quo stetit, utrumque oculum perdidit. E. Perjurium nu. 1. Alius medius crepuit. E. Perjurium n. 2.

Perjuri non poterant accedere ad sepulcrum S. Pancratii Martyris, quia humi exanimis prosternerentur. N. 12. Maji.